



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lilivm Inter Spinæ**

**Sterre, Jean Chrysostome van der  
Antverpiæ, 1627**

Cap. XXXVII. Quomodo diuinis intentus, qui aliàs debilis, supra naturam  
sæpè roboratur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

C A P V T    XXXVII.

*Quomodo diuinis intentus, qui alias debili-  
lis, supra naturam sèpè robatur.*

Hoc etiam , quod super naturam  
fuisse , & in seruo Dei metas na-  
turales excessisse videtur , silentio præ-  
terire non possum: quòd cùm ipse tan-  
tæ debilitatis esset, & illam iam vertif-  
set in consuetudinem & naturam , vt  
ex viribus proprijs nec stare diu nec ie-  
iunare valeret , quin extremum defe-  
ctum incurreret ; circa Altaris tamen  
ministerium occupatus , & stare diu-  
tissimè , & ieiunare valebat. Accidit Res admo-  
dum stu-  
penda.  
aliquando, cùm apud tales esset perso-  
nas , quarum deuotione specialiter læ-  
tabatur , per aliquot dies tanta ipsum  
corporis fortitudine , per alacritatem  
spiritus recreari ; vt & debilitatem  
consuetam in ieiunio non sentiret , &  
satis miraculosè etiam corporaliter la-  
boraret. Didicerat enim facere horo-

H 3      logij

logij instrumentum ; propter quod nonnumquam ab alijs Monasterijs petebatur, vt vel noua faceret, vbi non erant, vel distemperata iterum temperaret. Fecit hoc cum tantæ iucunditatis affectu, vt non solùm nulli sua præsentia fuerit onerosa , verùm etiam omnibus charissimus haberetur. Tanta se benignitate omnium moribus & consuetudini conformare sciebat ; vt quamuis inter perfectos sapientiam loqueretur , ita tamen vt puer pueris haberetur , vt vnum suorum eum pueri reputarent. Hanc etiam corporis fortitudinem ipsum nonnumquam nouimus recepisse , cùm ad meditandum & scribendum aliquid spirituale (circa quod aliqua singulari deuotione & gratia mouebatur) studium applicaret ; ita vt aliquando usque ad meridiem , frequenter usque ad vesperam & crepusculum , iejunium protelaret. Tunc quoque cùm Fratribus commōnentibus & compellentibus aliquando

*vires ei  
nonnum-  
quam di-  
uinitus suf-  
ficiuntur.*

ORDINIS PRAEMONST. 119  
do (qui in Refectorio ministrabant) ut  
fragili corpusculo \* indulgeret , acceſſiſſet ad mensam ; vno pulmento fre- \* Forte  
deſt non-  
quenter,& maximè pultibus vtebatur. nihil.

### C A P V T    XXXVIII.

*Cuiusdam sanctæ Virginis testimonio beati Ioseph sanctitas comprobatur.*

**V**ENIO nunc ad visiones & reue-  
lationes Domini, quæ alijs quo-  
que personis nobis cognitis , & vitæ  
sanctitate probatis , de beato viro fa-  
ctæ sunt: ut non ſolūm à ſeipſo, verūm  
etiam ab alijs habeat testimonium  
veritat̄is. Erat in Monasterio nobis  
cognito & vicino, sancta Virgo Cif-  
tertiensis Ordinis , flos & lux nostri  
temporis : cuius testimonio tantò for-  
tiùs credere , & illud scripturæ tantò  
fiducialiùs audeo commendare, quā-  
tò illam ſpecialiùs familiariusque cog-  
noui . De cuius testimonio quisque  
mecum minimè dubitabit, qui legerit

H 4 libel-